



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Syntagma Ivris || Vniversi, Atqve Legvm || Pene Omnivm
Gentivm, Et || Rervm Pvblicarvm Præcipvarvm,||**

Grégoire, Pierre

Francofurti ad Mœnum, M.D.XCIX.

VD16 VD16 G 2999

39 de officiariis Ecclesiasticis, & primum de thesaurariis seu sacristis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97739](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97739)

Federicus pater in Germania emerat, & cuiuslibet baroni pradia rusticana & ecclesias sibi contiguas obligasse, a quibus ecclesie demum fuerunt valde diuexatae, & tandem excommunicatum ab Innocentio 3. gladio tyranni interentum.

De Officiariis ecclesiasticis, & primum de Theaurariis, seu Sacristis.

Cap. 39.

- 1 Officium ecclesiasticum quomodo a beneficio distinguitur.
 - 2 Officium custodire porcos pascuat, pecora, porcos, &c.
 - 3 Sacrista quis, sacristarium quid.
 - 4 Theaurarius, thesauraria quid. *Κεμισλιας, & κειμισλιας, quid, eod. Cimilia & cimilia quid, eod.*
 - 5 Gaza & gazophylacium quid.
 - 6 Thesaurus fuit in templo Dei.
 - 7 Custos ecclesie quis, & eius munus.
 - 8 Ignem fouendum perpetuo in ecclesia Dei inextinguibilem.
 - 9 Ignis inextinguibilis fons a vestalibus, & quis auctor.
 - 10 Noachi uxor Tybea & Aretia ignem seruari docuit perpetuum, eodem.
- Græci ab Aramæis plura mutuati nomina, eod.*
Vidua ignem perpetuum seruauit Athenis.

1 Quidam tamen non omne beneficium nisi ratione officii detur, tamen non omne officium ecclesiasticum beneficium habet, nec perpetuam sollicitudinem. Et proinde alia quoque, ratione officii simpliciter ecclesiastici, distinctio personarum erit. Porro officium inuenitur, vel ratione rerum profanarum, que ecclesie sunt, vel ratione rerum sacrarum, vel ratione iurisdictionis, vel sacramentorum: quando de his tractandis agitur. ¶ Ratione rerum profanarum, vel pene profanarum, dici possunt quidam officium habere: nam & cultos portarum, pasuorum, pratorum, pecorum, & porcorum dicitur habere officium, ut notat glossa in l. ne quis, §. officiorum, de dignitat. lib. 12. C. quam singularem & vnicam existimat Andreas Barbatia in rub. de offic. & pot. iud. deleg. Sunt & liberti ex familia ecclesie, officium pro necessitate ecclesie patronæ præbentes, can. liberti, cum 4. seq. 12. quest. 8.

2 ¶ Sacris tamen rebus custodiendis præpositus sacrista dicitur, qui nutu & mandato archidiaconi Gregor. 3. in c. eamte, c. 3. de offic. archid. lib. 1. Decret. tit. 23. curam habet sacrorum valorum, vestimentorum ecclesiasticorum, sacri thesauri, & eorum que ad fouendum lumen exiguntur, scilicet olei & cere, ut placuit concilio Toletano, in c. de offic. sacri. lib. 2. Decret. tit. 26. Sacrista a rerum sacrarum nomine dicitur: sicut sacristium, locus ubi sacre res reponuntur, etsi priuatus sit, ut ait Vlpianus, in l. sacra loca 9. de rer. diuis. in P. ¶ Alibi tamen thesauraria, & præfectus thesaurarius dicitur, can. perlectus 25. dist. Dicitur κειμισλιας, qui sacre & pretiosæ suppellectili, vel thesauro præest, & κειμισλιας, locus, vel thesauraria a Iustiniano in l. fin. §. fin. de bon. auct. iud. possi. lib. 7. C. tit. 72. Vocat Honorius 3. c. cum inter, c. 19. de verb. signi. ap. Grego. cimilia thesauri illius locum. Erant autem κειμισλια Græcis, mobilia bona recondita vel pretiosa: ut apud Homerum dicuntur κειμισλια, æs, aurum, ferrum reconditum, vel vasa ex his facta, dum ait Homer. Iliad. 6.

Ποδαδι ἐν ἀγρίῳ παρὰ τὴν κειμισλια κῆρ,
Χαλκὸς τε χρυσὸς ποικιλιμῆτος τε σίδηρος.
Meminit & sæpe eius alibi, atque alii auctores Græci, & Gregorius 3. in c. 3. de offic. archid.

3 ¶ Dicerent tamen Persæ gazan, voce per alios usurpata populus, Hester. c. 3. c. Ezechiel, c. 25. c. altinum, c. 28. d. & locum ex Persico & Græco nomine gazophylacium, ut scribit Helychius & Suidas. Et fre quens eius mentio in sacra pagina. ¶ Ex qua tamen constat thesaurum fuisse perpetuo in templo Dei, variis & pretiosis muneribus, oblationibus, vestibus, vasis & pecuniis conflatum & conseruatum: ut non possim istos hereticulos satis demirari, qui obgannientes donariis diuinis, quæ a probis hominibus Deo consecrata, & eius ministerio sunt, improbare ecclesie opes audent, non alia ratione, quam Iudas domini scelestissimus proditor, effutientes in sulle, ut quæ perditio hac, Matth. 26. a. D. Mat. 14. a. potuit enim in vnguentum hoc multo venundari, & dari pauperibus: Non quod de pauperibus illis cura sit, sed quod sibi malunt, quam Deo: & sacrilegii sui, quod quotidianis prædationibus, exerceant, prætere, sed stolidæ, nituntur excusationes. Meminit

de gazophylacio domini Neemias c. 10. d. & c. 13. a. & domini nostri Iesu Christi sæpe sacri amanuenses, D. Marci, c. 12. d. D. Luc. c. 21. a. D. Ioan. c. 8. c. Existat & decretum, Iosua, c. 6. c. qui populum Israeliticum probe rexit in expugnatione Hierico latum: Quicquid auri & argenti erit, & vasorum anconum, ac ferri, domus consecratur, repositum in thesauris eius. Meminevit & f. equenter de thesauro domus domini, libri Regum, 3. Reg. cap. 14. & 4. Reg. c. 14. & 15. & 24. Meminit & de Leuiticis custodibus vel præfectis sacri thesauri & diuini liber Paralipomenon 1. cap. 9. d. Legimus fuisse & inter thesauros Dei clypeos dono oblatos a Salomone, Reg. 14. 2. Paral. c. 12. Quos inuenit Sefac rex Ægypti & euexit. Addit Iosephus lib. 8. Antiq. ca. 10. lanceas aut eas, & sagittas aureas, quas sumtas a rege Sophone David Deo dedicauerat. Erant & vasa aurea, 4. Reg. c. 24. & alia suppellectilia, quæ refert historia Machabeorum, lib. 1. cap. 1. Deponebantur & sacre vestes in gazophylacio sanctuarii, officio diuino petacto, ut constat ex prophetia Eldra, ca. 44. vers. 19. Et hanc ipsam habendi thesauri consuetudinem in templis suis ethnici imitati sunt: multa enim diis suis vel melius Idolis suspenderunt, ex manibus hostium, ex victoriis, tum ex voto, tum ex largitione. A quibus omnibus, qui Dei numen aliquando olfecerant, nihil etiam inimico & hostili impetu cladis inferentes, delibabant. Et scribit Iosephus Pompeium Magnum, post captum templum Hierosolymorum, sanctæa duobus millibus talentorum in gazophylacio templi inuentum: uno abstinuisse, Ioseph. lib. 14. c. 8. Quod & alii in sua religione fecerunt, sacrilegiorum diuinis & humanas pœnas veriti, & exemplo aliorum facti cautiore. At cum penas hodie contemnunt impiissimi sacrilegi, certe summo opere hoc munus sacristæ requiritur, cum archidiaconi curatio & maiori necessitudine addendus est custos utriusque.

¶ Custos ecclesie, tamen qui & minister sacristæ est, c. 1. de offic. cu. 7. §. d. & ibi glo. rubric. & archidiacono obedit in pulsandis horis canonicis, in custodienda perpetuo suppellectili ecclesie, & in igne sancto conseruando, ne extingatur. ¶ Non tamen secus quam & apud Iudeos sacerdotum & Leuitæ ignem perpetuum conseruabant, ne extingueretur ex iussu Dei, Leuit. c. 6. in symbolum Spiritus sancti, vel diuinitatis indeficientis, vel ob caritatē quam perpetuo fouere debent præpositi sacri antilites, qui nec diuinitatem alterius Dei, nec alentum a Deo quippiam fouere debent. Vnde & in uectio ignis alieni in Dei sanctuarium, morte expiata fuit ministerum in Leuitico, Leuit. c. 10. Habuitque hoc munus fouendi ignem sacerdos Heli, quod tradidit Samueli postea, puero peruigili, dum senectute caligare eius cœperunt oculi, ut extinguerent vel defectu am luce: nam non videret, 1. Reg. c. 3. ¶ Habebant tamen hoc munus apud ethnicos Romanos Vestæ virginis ignem perpetuo fouentes, quod innuit Virgilius, dum ex persona Hecctoris.

Sic ait, & manibus vestras vestam que potentem,
Aeternamque adytis effert penetrabilis ignem.
Quod ad Numæ institutum referunt Linius in 1. Ouid. 6. Fastor. Dionysius Halicæ. lib. 2. Plutarchus in vit. Nume. & alii Quamuis Berofus lib. 3. de storat. scribat, Vxorem Noachi Tytheam, Aretiam etiam dictam, quia mater omnium esset, vocatam Estam, id est, ignem, post mortē: eo quod ipsa regina sacrorum fuerat, & puellas docuerat sempiternum ignem sacrorum inextinguibilem seruare. Non enim tantum apud Græcos Vestæ, vel Estæ ignem significat, sed apud Aramæos, quos, quia Græciam incoluerunt antea, & barbara Græcis nomina reliquisse testatur Strabo in Geograph. Græc.

¶ Athenis tamen ignis perpetuus in Prytaneo asseruabatur, 10 non quidem a virginibus, sed a viduis, ut ait Plutarchus. ¶ Et Strabo lib. 9. t Polladis Mineuræ dixit templum in saxo vetustum, in quo esset lychnus inextinguibilis & virginum domus, id est, παρθένων. Seruabant & ignem Ægyptii, ut ait Diodorus Siculus. Item & perpetuus Delphis, & apud Persas teste Procopio lib. 2. bell. Pers. Seruabant & in Pyreo Magi. Et in Cappadocia id ipsum Magni Py. ethi factitarunt, Strabo lib. 10.

De Oeconomo, & Vicedomino, Syndico, & alius. Cap. 40.

- 1 Oeconomi qui dicantur.
- 2 Oeconomus ecclesie ex quibus eligendus.
- 3 Vicedominus quis, & quomodo differat ab oeconomo.
- 4 Syndicus quis.

5 Adueca